

*in nobis:*¹ pluviae comparatum, pro eo quod de nube intelligibili Maria matre descendens, terrae nostri corporis sociatus, sanctis nos praedicationibus, tamquam pluviis, irrigavit.

PRIMASIUS Hadrumetinus († 552)

COMMENTARIA IN APOCALYPSIM

- 1558 Lib. III, cap. X. [...] Finis enim legis Christus ad iustitiam omni PL_{68, 864} credenti. Qui Christus, id est Veritas, tunc de terra, id est de Maria, nasci voluit, quando iustitia de coelo prospexit.²
- 1559 Cap. XIII. [...] Quod si etiam de Christi persona specialiter velis accipere,³ excepto cruciatu, quem in partu B. Mariam non est credendum habuisse, quam novimus nullum in conceptu peccatum libidinis contraxisse, recte potes caetera coaptare, si rufi draconis insidias, persecutioes quas ab ipsis incunabulis ab Herode⁴ Christus pertulit. PL_{68, 874}

SUPER APOCALYPSIM

- 1560 Lib. IV, cap. XIV. [...] Gaudia propria virginum Christi non PL_{IV, 1218} sunt eadem, non virginum, quamvis Christi: nam sunt aliis alia, sed nullis talia. Item in haec sequimini agnum quia et agni caro, utique virgo: hoc enim in se retinuit auctius, quod matri non abstulit conceptus, et natus. Merito eum sequimini virginitate cordis et carnis, *quocumque ierit.*⁵ Quid est enim sequi, nisi imitari?

¹ Io. I, 14.

² Ps. LXXXIV, 12.

³ Apoc. XII, 1 ss.

⁴ Matth. II, 13.

⁵ Apoc. XIV, 4.

● PLS IV, 77, 170, 201.

■ PL 68, 417, 456, 502, 533, 550, 552, 594, 655, 682, 690, 692, 698, 713, 719, 729, 742.

● PL 68, 885.

● VICTOR (saec. vi): PL 68, 941.

● LIBERATUS (saec. vi): PL 68, 971, 972, 973, 975, 981, 983, 987, 1023, 1024, 1036.